







... de Paris 1750 ...

Dessiné par M. de la Roche, gravé par K. M. 1750



U F I C I  
F U N E R A L I

*Fatti celebrare nella Chiesa di  
S. Domenico Maggiore*

Alla gloriosa , immortale , e santa memoria

DI CLEMENTE XI.

A L B A N I P. M.

*Dall' Illustriss. e Reverendiss.*

MONSIGNOR

G I R O L A M O

V I N C E N T I N I

ARCIVESCOVO DI TESSALONICA,

E Nunzio Apostolico nel Regno  
di Napoli

*A 7. Maggio 1721.*



IN NAPOLI

Nella Stampa di Michele Luigi Muzio

Stampatore della Rev. Nunziatura.

---

*Con Licenza de' Superiori .*





Essendo pervenuta nel dì 23. del passato Mese di Marzo a Monfig. Illustriss. , e Reverendiss. Girolamo Vincentini, Nunzio Apostolico in questo Regno, la funesta notizia della morte del Sommo Pontefice CLEMENTE XI. di gloriosa memoria, diede egli 'l primo contrasegno dell' amarezza del suo cuore con prendere il duolo, e far comparire vestiti a bruno i Ministri, ed Officiali del suo Tribunale, e tutta la sua Corte. Indi rivolse il pensiero a farne celebrare i funerali Officj con quel decoro, e pia magnificenza, che suggerivagli non meno la venerazione dovuta alla memoria di sì gran Pontefice, che la propria sua gratitudine verso d' un tal Principe, da cui fu egli sempre con paterno amore distinto, e beneficato.

Scelse dunque, affine di rendere piu celebre tal Funzione, la Chiesa di S. Domenico Maggiore de' Padri Domenicani, per esser questa e per ampiezza, e per la comoda sua situazione molto proporzionata all' Idea dell' Opera; la quale concepita prima nella mente del Prelato medesimo, fu poi delineata, e ridotta a perfezione dall' ingegnoso Architetto Bartolomeo Ranucci.

Quindi nel dì 7. del Mese di Maggio videsi quel maestoso Tempio vestito tutto di sontuoso lugubre Apparato, il quale distinto artificiosamente da Veli or bianchi, or gialli, e da ricchi Drappi di Lame d' oro, negli animi de' Spettatori eccitava ugualmente affetti di dolore, e di ammirazione.

Arricchivano anche piu tal nobile luttuoso Apparato, e nel tempo istesso destavano sentimenti di venerazione verso il defonto PONTEFICE, le Inscrizioni, che con bell' ordine fuori, e dentro del Tempio eran collocate.



*Sopra la Porta maggiore al di fuori, entro Medaglione maestrevolmente dipinto,  
e fregiato di color d' oro pendea l' Inscrizione, che siegue.*

D. O. M.

CLEMENTI XI. P. M.

VITÆ INNOCENTIA, MENTIS SUBLIMITATE,  
ANIMI MAGNITUDE,  
ELOQUENTIA, DOCTRINAQUE  
CUM SUMMIS ECCLESIAE LUMINIBUS COMPARANDO,  
CATHOLICÆ VERITATIS, ET UNITATIS AMORE,  
CHRISTIANÆ DISCIPLINÆ INSTAURATIONE  
OMNIBUS SECLIS ADMIRABILI,  
MAGNO CUM OMNIUM POPULORUM LUCTU  
E VIVIS SUBLATO,  
HIERONYMUS VINCENTINUS;  
ARCHIEPISCOPUS THESSALONICENSIS;  
ET IN REGNO NEAPOLITANO NUNTIUS APOSTOLICUS,  
LACRYMANS PARENTI AMANTISSIMO,  
ET DE SE OPTIME MERITO  
JUSTA PERSOLVIT.

---

*Pendea sopra la minor Porta un simigliante Medaglione, che  
conteneva quest' altra.*

D. O. M.

CLEMENTIS XI. P. M.

PARENTIS PAUPERUM, JUSTITIÆ VINDICIS;  
RELIGIONIS ASSERTORIS, PROPAGATORIS FIDEI,  
ÆTERNORUM OPERUM GLORIA, FAMAQUE IMMORTALIS;  
BONIS OMNIBUS, ET CATHOLICÆ ECCLESIAE  
INEXPECTATA MORTE XIV. CAL. APR.  
EREPTI,  
HIERONYMUS VINCENTINUS;  
ARCHIEPISCOPUS THESSALONICENSIS,  
ET IN REGNO NEAPOLITANO NUNTIUS APOSTOLICUS,  
FUNERIS POMPA MEMORIAM COHONESTAT.

*Sopra*



*Sopra l'istessa Porta maggiore, dalla parte di dentro  
leggevasi questa.*

## CLEMENS XI. P. M.

DIUTURNIS PRO CHRISTI ECCLESIA LABORIBUS EXANTLATIS,  
ATQUE INCREDIBILI FORTITUDINE  
SUPERATA GRAVISSIMORUM TEMPORUM ASPERITATE,  
PROPULSATIS ERRORIBUS,  
ET CATHOLICA RELIGIONE LATISSIME PROPAGATA,  
HOSTIBUS FIDEI CONSILIO, OPIBUSQUE DEVICTIS,  
ERECTIS ARTIBUS, ET LITERARUM STUDIIS EXCITATIS;  
ORNATA IMMORTALIBUS OPERIBUS URBE,  
INGENTIBUS MAGNARUM VIRTUTUM LUMINIBUS  
ITALIA, ATQUE EUROPA UNIVERSA ILLUSTRATA,  
QUOD UNUM AD INVICTÆ CONSTANTIÆ EXPERIMENTUM  
RELIQUM ERAT,  
MORTEM APOSTOLICÆ PIETATIS EXEMPLIS  
FORTITER SUPERAVIT.

---

Sotto gli Archi della Nave maggiore della medesima Chiesa vedeanfi  
appesi altri dodici Medaglioni, che dimostravano le piu  
gloriose Gesta del defonto PONTEFICE, epilogate  
in altrettante Inscrizioni,

### NELLA PRIMA.

*Dimostrasi il di lui umile rifiuto del Ponteficato, e la sommissione,  
con cui accettollo dipoi.*

## CLEMENS XI.

RARO, ET MIRABILI EXEMPLO,  
ET, NI RELIQUÆ EJUS VIRTUTES  
HIDEM VERITATI CONCILIARENT,  
POSTERIS VIX CREDENDO,  
DELATUM SIBI SUMMUM ECCLESIAE PRINCIPATUM  
CONSTANTISSIME RECUSAVIT;  
AC TOTO TRIDUO LACRYMIS, ET OBSECRATIONIBUS  
OBTESTANTI SACRO COLLEGIO,  
ATQUE ECCLESIAE NECESSITATEM PROPONENTI  
RESTITIT.  
EXPUGNATO TANDEM ANIMO, DE SE DEMISSE;  
PRÆCLARE AUTEM DE CÆTERIS SENTIENTE,  
VICTIMAM SE DIVINÆ OBTULIT VOLUNTATI.

NELLA

N E L L A S E C O N D A :

*La sollecitudine, e'l zelo, ch' usò egli per ridurre alla  
Religione Cattolica la Russia Nera.*

QUOD SUMMOPERE OPTAVERAT  
S. CASIMIRUS POLONIÆ PRINCEPS,  
QUOD PONTIFICES MAX. SANCTIQUE VIRI COMPLURES  
A DEO PRECIBUS CONTENDERANT,  
UT RUTHENI,  
'A LATINA ECCLESIA SCHISMATE ALIENATI,  
IN ROMANÆ FIDEI UNITATEM REDIRENT;  
**CLEMENTIS XI.** FELICITATI, ET GLORIÆ  
DIVINA PROVIDENTIA DESTINAVIT;  
QUI OPERA FRANCISCI CARDINALIS PIGNATELLI  
ARCHIEPISCOPI NEAPOLITANI,  
TUNC APUD POLONOS S. SEDIS LEGATI,  
VICTA GENTIS PERTINACIA,  
EAM IN CATHOLICAM S. MATRIS ECCLESIAE CONCORDIAM  
REVOCAVIT,

---

N E L L A T E R Z A :

*La cura, che si prese per riunire alla Chiesa il Rè Svedco;  
allorche guerreggiava contro la Polonia.*

CUM CAROLUS XII.  
SVECORUM REX BELLICOSISSIMUS  
INFESTIS ARMIS POLONIAM VEXARET;  
OCCASIONEM NACTUS SS. PATER  
PRO EA, QUA PRIVATUS APUD CHRISTINAM;  
QUÆ SVECIÆ REGNUM RELIGIONI POSTHABUIT;  
GRATIA, BENEVOLENTIAQUE VALUERAT,  
RELIGIOSO VIRO DOMINICANÆ FAMILIÆ  
TENTANDUM, ET AD ORTHODOXAM FIDEM ALLICIENDUM  
ASPERRIMUM BELLII STUDIIS EJUS PRINCIPIS ANIMUM  
DEMANDAVIT,  
NIMIRUM AD PERITURAM, CUI REX STUDEBAT, GLORIAM  
SEMPITERNAM **CLEMENS** ADJICERE SATAGEBAT.

NELLA

N E L L A Q U A R T A .

*La restituzione fatta nel Campidoglio della Statua di Paolo II'.*

PAULI IV. CARAFÆ  
NEAPOLITANI SANGUINIS PONTIFICIS,  
QUI S. CAJETANI THIENÆI SOCIUS  
ILLUSTRISSIMÆ THEATINÆ FAMILIÆ  
VIVENDI RATIONEM SANCTISSIMAM, ET COGNOMEN DEDIT;  
CÆCA ROMANÆ PLEBIS RABIE  
DEJECTAM STATUAM, ET MUTILATAM  
**CLEMENS XI.**

SUMMORUM VIRORUM MEMORIÆ CONSERVANDÆ,  
AMPLIFICANDÆQUE INTENTUS,

EREXIT:

QUA PIETATE, ET JUDICIO SUO SAPIENTISSIMO  
DEBITAM SS. PONTIFICI GLORIAM,  
NEAPOLITANO NOMINI AMPLISSIMAM,  
HONORIFICENTIUS EXCITAVIT.

---

N E L L A Q U I N T A .

*La liberazione di Corfù, alla quale tanto egli cooperò, quanto  
è ben noto a ciascuno.*

DALMATICUM MARE  
INSTRUCTISSIMA BARBARORUM CLASSE FERVEBAT,  
OMNESQUE ADRIATICI SINUS ORÆ  
AB OBSËSSA UNDIQUE CORCYRA,  
ITALIÆ, ET CHRISTIANÆ REI PROPUGNACULO,  
IMMINENTEM CLADEM, VASTITATEMQUE REFORMIDABANT:  
AT **CLEMENTIS XI.** OPERA,  
COLLATIS CHRISTIANORUM PRINCIPUM ARMIS,  
SUB CRUCIS VEXILLO, ET SS. VIRGINIS MARIÆ PRÆSIDIO  
IN TURPEM, AC PRÆCIPITEM FUGAM  
CONJECTI SUNT HOSTES,  
FEROCESQUE INSULTANTIS TYRANNI ANIMI  
REPRESSI, FRACTIQUE CECIDERUNT.

NELLA

N E L L A S E S T A .

*La conquista di Temisvar , e Belgrado ; a cui parimente  
in varie guise contribuì .*

TEMESVENSIS , ET TAURUNENSIS ECCLESIA  
QUARUM ALTERA CX. ALTERA CC. ANNOS  
PANNONICO REGNO AVVLSA ,  
GEMENS MAHOMETANORUM IMPIETATI SERVIVIT ;  
FAUSTIS TANDEM CAROLI CÆSARIS AUSPICIIIS ,  
DUOBUS HOSTIUM EXERCITIBUS DELETIS ,  
IMPIO JUGO EREPTA ,  
ET DITIONI PRISTINÆ RESTITUTA ,  
**CLEMENTE XI.**  
REI GERENDÆ FELICITATEM PROCURANTE ;  
AC AUCTORITATE , OPIBUSQUE ADJUVANTE ,  
AD CHRISTIANA SACRA , AVITAMQUE RELIGIONEM  
EXULTANS , ET LÆTABUNDA REDIIIT .

---

N E L L A S E T T I M A .

*L' ampliazione del Campidoglio .*

CAPITOLIUM , AUGUSTAM OLIM IMPERII ARCEM ,  
ET DUCUM , ATQUE IMPERATORUM TRIUMPHIS NOBILEM  
**CLEMENTIS XI.** MUNIFICENTIA  
IN AUGUSTIOREM , NOBILIOREMQUE REDDIDIT FORMAM ;  
QUI ANTIQUÆ ARTIS SIGNIS  
IN OBSCURIS , IGNOTISQUE LOCIS JACENTIBUS ,  
ERUTIS , ET EGREGIE PERPOLITIS ,  
ILLUD ROMANÆ MAJESTATIS DOMICILIUM  
PRINCIPIS TERRARUM POPULI ,  
VIRTUTIS , ET GLORIÆ MONUMENTIS  
EXORNAVIT .

N E L L' O T T A V A :

*Il rinascimento, e progresso delle Lettere, e delle belle Arti  
nel di lui Pontificato.*

JACEBANT PER ITALIAM  
FELICISSIMAM DOCTRINARUM, ARTIUMQUE ALTRICEM;  
PICTURA, SCULPTURA, ARCHITECTURA,  
QUIBUS ILLA, UT CÆTERIS REBUS OMNIBUS,  
CUNCTARUM GENTIUM LAUDES SUPERAVERAT;  
CUM **CLEMENTIS XI.** SAPIENTIA, ET LIBERALITATE;  
ERECTÆ, ET RESTITUTÆ  
ELEGANTIORI CULTU NITUERUNT:  
SCILICET PRÆTER DIUTURNITATEM IMPERII,  
ET MAXIMARUM RERUM GESTARUM GLORIAM;  
HANC ETIAM AUGUSTI FELICITATEM  
IN PONTIFICE OPTIMO ROMA SUSPEXIT,  
QUOD VETERES REVOCARIT ARTES.

---

N E L L A N O N A :

*Il distacco da' suoi Congiunti.*

ECCLESIAM JESU CHRISTI SPONSAM  
SIBI TRADITAM, ET ACCEPTAM IN FIDEM  
**CLEMENS XI.** TANTO AMORE DILEXIT;  
UT ILLIUS COMMODA, NEC PRÆTEREA QUIDQUAM CURARIT;  
NEPOTESQUE SUOS, PRINCIPES OPTIMOS,  
VIRTUTUM OMNIUM, ET HUMANITATIS  
LAUDIBUS FLORENTISSIMOS,  
NULLIS DIVITIIS AUCTOS,  
NON ALITER AD HONORES ASPIRARE PASSUS EST;  
QUAM EXIMIIS IN S. SEDEM MERITIS,  
NON GRATIA, SED LABORIBUS COMPARATIS:  
QUIBUS ET SE PATRUO DIGNOS EFFECIT,  
ET INTER MAXIMA ECCLESIA TICÆ HIERARCHIÆ LUMINA  
COLLOCAVIT.

N E L L A D E C I M A :

*Gli ajuti spirituali , e temporali somministrati alla Città di Marsiglia ,  
afflitta dal morbo contagioso .*

MASSILIAM VIRULENTISSIMA PESTILENTIA PENE VASTATAM ;  
DESERTIS A CULTORIBUS AGRIS ,  
DIRA ETIAM FAMES OPPRESSERAT ;  
ET QUOS INTACTOS VIS MORBI RELIQUERAT ;  
INEDIA , SQUALORQUE CONFICIEBAT .  
FUNESTA TANTORUM MALORUM FACIES  
PATERNUM ANIMUM SS. PONTIFICIS MOVIT ;  
AC MAGNA FRUMENTI VI COMPARATA ,  
MISERRIMÆ GENTI ,  
EXTREMO JAM PERICULO LABORANTI ;  
PONTIFICIA MUNIFICENTIA  
OPEM TULIT .

---

N E L L ' U N D E C I M A .

*La riparazione , e adornamento de' Tempj in Roma .*

AUGUSTA ROMANORUM PRINCIPUM OPERA ;  
AC SUMMORUM PONTIFICUM MUNIFICENTIA  
DIVINÆ OMNIPOTENTIS DEI MAJESTATI  
ERECTA , ET CONSTRUCTA TEMPLA ,  
AUT NEGLIGENTIA VASTATA ,  
AUT SENIO JAM PROPE CONFECTA  
**CLEMENTIS XI.** PIETAS ,  
ANTIQUITATIS STUDIOSSIMA ,  
ET DOMUS DEI NITORIS AMANTISSIMA ;  
IMPENSIS OMNEM FIDEM EXUPERANTIBUS  
RESTITUIT , INSTAURAVIT .

COELESTIS HIERUSALEM , TRIUMPHANTIS ECCLESIAE GAUDIA  
CUM HUJUS MILITANTIS LÆTITIA

**CLEMENS XI.** COMMUNICAVIT

AUCTIS DIVORUM FASTIS

SOLEMNI QUATUOR SANCTORUM INAUGURATIONE :

QUOS INTER ENITUIT S. PIUS V.

ROMANÆ SEDIS , ET DOMINICANÆ FAMILIÆ

IMMORTALE LUMEN , ET ORNAMENTUM ;

CUJUS PONTIFICIAS VIRTUTES

SANCTISSIMUS PATER , CUM VIVERET , ÆMULATUS ;

MORIENS ÆTERNÆ GLORIÆ SOCIETATEM

EST CONSEQUITUS .

**T**utto ciò , chē abbiamo sin qui riferito , spirava un sacro , e mesto orrore , ed era ben degna materia di ammirazione . Ma la grande eccelsa mole , che nel mezzo della gran Nave colorita di colore di Porfido , con cornici indorate , illuminata da quasi infiniti torchi , maestosamente in alto sollevavasi , era il principale oggetto , che gli occhi , e la meraviglia d' ogn' uno a se traeva . Ergevasi sopra quattro grandi Piedestalli altrettante altissime Piramidi d' artificiosi , e nobili intagli lavorate . Nella sommità di esse quattro grandi Scheletri innargentati sedeano , che altrettanti accesi Doppieri sosteneano ; intorno a' quali stavano con bell' ordine disposti numerosi Angioletti in atto di dolore . Nelle basi dell' istesse Piramidi v' erano situate quattro altre grandi Statue indorate , rappresentanti le Virtù Cardinali . Stavano queste in piè , in atto di sostenere con le loro mani l' Urna , alla quale facea corona , sollevato in aria , un nobile , e maestosissimo Padiglione , di Galloni d' oro riccamente adornato , e sostenuto da quattro Statue , rappresentante ciascheduna la Fama .



A' piedi dell' istessa Machina , ne' quãttrò lati di essa , queste quattro erudite Inscrizioni vi si leggeano .

*In faccia all' Altar maggiore della Chiesa .*

## CLEMENTEM XI.

MIRABILE PONTIFICIÆ PIETATIS EXEMPLUM ,  
VALETUDINARIA OBEUNTEM ,  
ÆGRISQUE SOLATIA , ET SACRAMENTA PRÆBENTEM ,  
AMPLISSIMÆ MAJESTATIS SPLENDOREM  
APOSTOLICARUM VIRTUTUM ACCESSIONE CUMULANTEM ,  
NON MORS EXTINXIT ,  
SED IMMORTALITATI CHARITAS COMMENDAVIT .

---

*Dall' altra parte in faccia alla Porta maggiore ,*

## CLEMENTI XI.

CUSTODI FIDEI , MAGISTRO VERITATIS ,  
POPULI DEPULSIS ERRORIBUS ILLUMINATI ,  
PUERI CHRISTIANAM DOCTRINAM EDOCTI ,  
ET EVANGELICÆ VITÆ PRÆCEPTIS INSTRUCTI ,  
ÆTERNUM HOSANNA  
TRIUMPHATORI MORTALITATIS ACCLAMANT .



*Da uno de' Latini.*

## CLEMENTEM XI.

LITERÆ, QUAS FELICITER EXCOLUIT ;  
INGENUÆ ARTES, QUAS LIBERALITER PROVEXIT ;  
TEMPLA, QUÆ DETERSO SQUALORE RESTITUIT,  
ANTIQUITATIS RELIQUIÆ, QUAS AB INTERITU VINDICAVIT,  
AUSPICEM COMMENDANT,  
PARENTEM PRÆDICANT,  
SUBLATUM LUGENT.

---

*Dall' altro.*

## CLEMENS XI.

EJUS EXEMPLA SECUTUS,  
CUJUS VICES GESSIT IN TERRIS ;  
PEREGRINOS HOSPITIO, MENSAQUE EXCIPERE ;  
PAUPERIBUS EPULAS SUIS MANIBUS MINISTRARE,  
PRÆCLARA EXCELSI ANIMI DEMISSIONE  
IN DELICHIIS HABUIT,  
ÆTERNOQUE GLORIÆ SUÆ TROPHÆO ADJECIT.

**P**er lo vano , che rimanea fra le quattro Piramidi , e sotto l'Urna , così come s'è detto , ingegnosamente collocata, vedeasi riccamente adornato di maestosi argenti l'Altare maggiore , ove fecesi la sacra solenne Funzione . Celebrò la gran Messa fra la mesta armonia di quattro numerosi Cori di scelti Musici , Monsig. Fabrizio Pignatelli Vescovo di Lecce ; alla quale assisteva nel corno del Vangelo Monsig. Nunzio Apostolico ; e a questi faceano corona non meno di ventisei Vescovi , venuti dalle loro Chiese per rendere piu decorosa la pia Cerimonia . V' intervennero a far piu celebre la Funzione Dame , e Cavalieri in gran numero , tutti in Abito nero ; oltre al concorso di quasi infinito Popolo , che ne fu spettatore .

Contribuì poi mirabilmente a dare il suo compimento all'opera l'erudita funerale Orazione , detta da Monsig. Filippo Anastasio Arcivescovo di Sorrento , Prelato di squisita letteratura ; la quale s'è data alla luce , e s'è quivi inserita .

Finita l'Orazione , quattro de' sudetti Prelati , Monsig. Lojeri Vescovo d'Umbriatico , Monsig. Positani Vescovo di Calvi , Monsig. Filomarini Vescovo di Trivico , e Monsig. Macedonio Vescovo di Sessa , da i quattro Angoli della Machina intonarono il Responsorio : *Libera me Domine* ; con che finì sì magnifica Funzione ; di cui ne durerà lungo tempo la memoria , non meno che della pietà , e generosità del pre nominato Monsig. Nunzio Vincentini .

Il disegno della Machina poc' anzi descritta , inciso in Rame , si è dato alle Stampe , e si è posto in questo luogo , per appagare la curiosità di coloro , che non la videro .



# ORATIO IN FUNERE CLEMENTIS XI. PONTIFICIS MAXIMI.



Hristiano Orbe luctu ; ac squalore demerso ; Religionis facie miserrime atratâ : Universâ Ecclesiâ CLEMENTIS XI. Pontificis Maximi inopinâ , atque acerbâ morte perculsâ ; unde ingruentem sibi multarum calamitatum seriem pertimescit , plenam lamentationibus vocem in tantis sacrarum , humanarumque rerum turbamentis emittam ne , an potius imo pectore supprimam ? Communis tristitia , cui lacrymæ , gemitus , suspiria magis , quam verba conveniunt , ad silentium maximopere hortatur . A' dicendo quoque deterret funestissima istæc pompa , quâ CLEMENTI parentatur ; lugubris ornatus , mœroris insignia , horroris simulacra ; fordidata turba , pullatus ordo , mutata veste Antistites ; ipsæ circa bustum faces , insolitâ veluti , ac terrâ luce pallentes ; Sacerdotum denique Chorus flebilibus modis pacem , ac requiem defuncti Pontificis animæ implorantium . Cumque hæc omnia ad tacendum me adigant , altera ex parte grati animi sensus ad dicendum invitat ; atque hisce veluti stimulis urget , incendit , inflammat : ita ne tua conticescet Oratio , & quæ nunquam , vel importune defuit aliis , modo communis Ecclesiæ Parentis virtuti deerit , cui tot , tantisque nominibus per quam arctissime devinciris ? Oblitus ne es eximiæ illius beneficentiæ , suavissimæque humanitatis , qua te non semel laboribus , & ærumnis fractum , erexit , jacentem amplexatus est , paternâ veluti dexterâ obortas lacrymas tersit , eloquentiæ flumine ad maximos quosque subeundos pro Ecclesia labores excitavit , & summis etiam beneficiis auxit immeritum , atque exornavit ? Terribilissima sane ingrati animi nota esset silentio tuo inurenda , qui licet omnium infantissimus sis Orator , præ ceteris tamen operam CLEMENTI debes , ac studium . Testis Orbis universus , & testis ille Pontificius Legatus , Ecclesiasticæ dignitatis decus , & ornamentum , qui te in tam magna præstantissimorum Oratorum turbâ tanto operi admovit .

Sed

Sed cum ista animo occurrerent meo, vehementer dubito, ne Oratione meâ addam potius, quàm ingenti obligationum cumulo detrahâ. Qui defunctorum Heroum factâ, virtutesque commendat, certe modum aliquem tristitiæ, inuolutoque superstitionum dolori debet asserere, ac ita illorum præclara facinora sub Audientium oculos ponere, ut admirationem simul concilient, & ad imitandum incitamenta subjiciant. Jam verò qua ratione satis hisce partibus facere ipse valeam, qui graviori præ aliis dolore correptus, & lacrymarum vi obrutus, ac pene oppressus in tanta præsertim rerum maximarum turba unde exordiar, quo desinam, nescio.

Tibi tamen, o luminum Pater, tibi immortales gratiæ agendæ, qui in tantis tenebris, & confusione aliquid lucis, qua via mihi aperiatur, ostendis. Vetustissimum nempe illud, ac commune Pontificum Romanorum insigne, *Triregnum* dictum, in magnificentissimo, & nobilissimo tumuli hujus apice collocatum, peculiaria, & quidem maxima, quæ CLEMENS in longo Pontificatus sui curriculo gesserit, mihi in mentem reducit. Triplices inquam illæ infulæ, quas ut ut alij accipiant, regalis tamen Sacerdotii tiaras, sive coronas referri mihi compertum, exploratumque est; quarum unam quilibet Episcopus induit, quod unam fortitur Ecclesiam. Tres vero Romanus Antistes; Primam quia Romanæ Ecclesiæ, & suburbicariarum Civitatum Præses; Secundam, quia Occidentis Patriarcha; Tertiam, quia totius Ecclesiæ moderator, ac Princeps.

Hæc quidem tria diademata egregio CLEMENTIS XI. Capiti Divina Providentia eo potissimum tempore imposuit, quo ad illa proterenda potentissimi undique exciti hostes, ultimum minabantur excidium: atque ea simul incredibili animi fortitudine CLEMENS tenuit, ac sustentavit. Eximia CLEMENTIS Caritas operabatur ad regendam Romanam Ecclesiam durissimis hisce temporibus. Admirabilis ejus Prudentia, Occidentis turbis, dissensionibusque involuti, ac periculosis bellis impliciti, administrandis Sacris idonea flagitabatur. Egregia ejus Sapientia par erat Orienti in officio continendo, ne omnem prorsus religionis facem extingueret. Atque his tribus veluti cardinibus oratio tota consistet, quibus si immortalem gloriam in Terris, immarcescibilemque, ut speramus coronam in Cælis CLEMENTI comparatam ostendero, communi quoque occurrissè dolori, virtutumque ejus admirationem excitassè videbor.

Neminem interea vestrum ignorare arbitror, Auditores, quàm luctuosa fuerint Seculi præsentis initia, & quales, quantasque calamitates Caroli II. Austriaci Hispaniarum Regis sine liberis sublatis fatum Europæ universæ portenderit. Præcipiebat jam tunc quisque animo, quot exercendæ forent contentiones ab iis, qui immensæ illius ditioni, aut hæreditario jure imminerent, aut vastissimam Monarchiam in partes scindere, ac dilacerare anhelarent.

rent. Horrebāt quisque ferum Martem jam jam cedes, incendia, vastitatem, depopulationes agrorum, Urbium solitudines, Regnorum subversiones intentantem, & terrore omnia, luctuque complentem. Cumque tanta rerum perturbatio bonos omnes excussisset, multo magis Apostolicum Purpuratorum Senatum altissime pupugerat, qui tunc forte ad sufficiendum Innocentio XII. Viro immortalitate dignissimo Successorem in Vaticano Conclavi comiria peragebat. Noverat doctissimus ille confessus horrendum Davidici Regni schisma Idololatriæ viam patefecisse, & in longam simul, durissimamque Ebræos Assyriis, & Persis servitutem tradidisse. Itaque ut prudens Navarchus, fluctus, tempestatesque ex assurgentibus quibusdam nubeculis longe præsentens, periculo propulsando nervos, viresque contendit; ita amplissimus ille Senatus, quod inter tot turbines navi Petri portum tutissimum aperiret, curas omnes, cogitationesque defixerat.

Verum æterna Numinis Providentia, quæ *attingens à fine usque ad finem fortiter disponit omnia suaviter*: quæque summorum virorum virtutem maximorum malorum impressioni opponere consuevit, illico sollicitos animos, ancipitesque confirmat, ac sola Cardinalis Albani virtute patefacta perculsa gravi metu pectora explicat. Serius aliquando, nec nisi post diutinam conquisitionem eligi Summi Pontifices consuevere, fero fortasse divino spiritu facem præferente, qua ejus occulta virtus palam fieret, qui tantæ rerum moli humeros esset suppositurus: Albani vero incredibilis virtus longe, lateque diffusa omnium oculos perstringebat, quam Roma, quam Orbis, quam Ecclesia universa attonite fuerat demirata. In propatulo erat Albanam Familiam partus suos justitiæ, sapientiæ, Christianæ Caritati alendos concredere. In propatulo erant Joannis Francisci præstantissimi mores, optimis exemplis ditissimi, egregia indoles, divinum ingenium in humanis literis à prima ætate excultum, & qua Græcæ, qua Latinæ linguæ tam bene peritum, ut difficile esset asserere, utrum Athenis Demosthenis tempestate, an verò Tullii Romæ fuisset eductus. Eloquium melle dulcius ejus ex ore fluebat, ita ut florentissimæ quæque Urbis Academia illum perorantem lætis auribus certatim exciperent; & Christina Svecorum Regina feminarum sapientissima Albanum ex omni genere *Rarum sapientiæ monstrum* pronuntiaverit; Albanum, quem scientiæ omnes, sive sacræ, sive humanæ e purioribus fontibus accersitæ exornaverant; & duæ nobiles artes Pictura scilicet, & Architectura per otia expoliverant; Albanum, quem vitæ integritas, in negotiis dexteritas, in agendo facilitas, in tractando suavitas bonis omnibus commendaverat. Ecquis non egregiam, præstantissimamque reputaret Albani virtutem, cui Alexander Papa VIII. (cujus Pontificatus brevitatis, & angustitiæ summis tantummodo viris summo honore remunerandis locum præbuere) ultro amplissimam Purpuræ contulit dignitatem; In-

nocentius verbò XII. apud se in difficillimo Apocrisarii munere esse voluit? ad quod non nisi altissimæ scientiæ, politiorisque literaturæ viris, veluti Anastasis, Bemis, Sadoletis, & nostra ætate Slusis aditus patuit. Hæc tam magna, tam præclara, tam excellens virtus Eminentissimorum omnium Patrum ad se ora, vultusque convertit. Hæc illorum animos sollicitudine exesos illico allevavit. Hæc Albanum ad supremæ dignitatis fastigium, atque ad totius Ecclesiæ gubernacula admovit.

Difficile dictu est, Auditores, quanta in omnes lætitia redundaverit, quam jucunda, quam effusa Roma e suis veluti sedibus convulsa Albano nominæ insonuerit. Quibus gaudiis Ecclesia, & Militans, & Triumphans inceserit. Quàm denique hilaris, ac lætabundus Canticorum Sponsus Caput Ecclesiæ suæ conspexerit, atque hisce veluti vocibus consalutaverit: *Veni de Libano coronaberis de capite Amanæ, de Vertice Sanir, & Hermon, de cubilibus Leonum, de collibus Pardorum.* Sunt hi tres, ut nominis Auditores, celeberrimi Phœniciæ montes Libano contermini, quorum primus Ebraica significatione Fidem, ac Veritatem; Secundus divinæ gratiæ Rores; Tertius Sacrificiorum Mysteriorum exprimit, atque omnes Leonum, ac Pardorum subjectis sylvis, præruptisque antris imminentes. Ex his tribus collectis coronis, beati Spiritus modo inaugurati Pontificis caput intexere parant, ut Fidei veritatem factam tectam conservet, ut Divinæ Gratiae dona dispenset, ut Sacerdotio præsit, efferatamque subinde gentium rabiem, & monstrosam hæreticorum immanitatem contundat.

At quæ nata subita tempestas Cœli, Terræque gaudia pervertit, ac turbat? Albano effusæ genis lacrymæ ubertissime cadunt? ceteris Albani felicitati gratulantibus solus ingemiscit Albanus, ac summam terrenarum rerum gloriam, quæ illum, vel reluctantem insequitur, refugit, reformidat, perhorrescit? Nolite commoveri, Auditores, nec vos importunus turbo deterreat; non enim serenitatem excutit ille, *Spectaculum Deo, Angelis, & hominibus dignissimum, apparatissimumque proponit.* Ecquis nesciat, vel inter ipsos pacis Angelos pro Regnorum, in quibus excubant, tutela, diffidia quandoque oriri jucundissima, & concordæ etiam virtutes sæpe numero de ambitu sanctissime præliari? Considerate igitur spectaculo. Modestia, ac summa animi moderatio, ut oblata ultro dignitate se abdicet, Albano suadet, nec illico ad honorem illecebras convolandum monet: in memoriam revocat ipsam Sapientiæ Matrem ad supremam dignitatem e Cœlo delapsa voce, ac nuncio invitatam, exterritam nihilominus exanimatamque secum serio reputasse, quænam esset illa salutatio. Humilitas virtutum basis, ac fundamentum ipsi uberrimam suorum meritorum segetem imminutam, extenuatamque proponit. Sapientia Crucis Christi quantumvis gloriâ, ac triumphis onustæ prægravissimum esse pondus ostendit. Contra vero virtutum maxima Caritas Ecclesiæ in discrimine positæ consu-

Cant. cap. 4.  
v. 8.

V. Christian.  
Adrich: Bur.  
chard. & Brä-  
debach.

lendam hortatur ; stimulat ; alas addit , inflammat . Hæc , il-  
 lac actus Albanus , quo tandem se verter ? Optimam , qua  
 semper erat pietate ornatus , atque instructus , init sane ra-  
 tionem : quatuor Sapientissimorum Theologorum , triduo assigna-  
 to , sententias exposulat , quorum auctoritati , tanquam Divinæ  
 Voluntatis interpretum se cessurum tandem constituit . O rem  
 omni prædicatione majorem ! o præstantissimum consilium ! o  
 imperturbatam sapientiam ! o mentem vere Divinam ! sed jam  
 pronuntiantibus Theologis oblatam dignitatem non posse sine  
 aliquo saltem caritatis dispendio , vel levi offensione refutari ,  
 divinis nutibus colla submittit Albanus , atque immutato in  
 CLEMENTEM nomine conferenato vultu , & majestate composito ,  
 Ecclesiæ susceptis habenis in aciem magnorum moliminum evocatur .

Atque utinam tanta mihi ingenii vis esset , tanta dicendi  
 copia , ut , ne dicam oratione complecti , verum etiam leviter  
 adumbrare possem , quæ , & qualia in ipso Pontificatus ingressu  
 patrauerit CLEMENS , & quanta animi magnitudine , ac perspi-  
 cacia e Vaticana Sede , tanquam e specula rerum gerendarum  
 gravitatem pro Romana Ecclesia fuerit contemplatus , ac mente  
 complexus . Etenim Episcopi triumphalem illum Divinæ Gloriæ  
 Curram ab Ezechiele conspectum efformant , cujus rotæ radian-  
 tibus oculis erant refertæ : ipsi siquidem , tanquam si oculis tan-  
 tum , & mente constarent , suæ custodiæ , non secus ac fabu-  
 losus ille Argus , perpetuo vigilare , Gregis sui commoda rima-  
 ri , CLEMENTEMque imitari debent , qui veluti rerum sua-  
 rum , ac Consanguineorum prorsus oblitus , quos amplissimo po-  
 tius virtutis , & gloriæ , quam opum ditare maluit patrimonio ,  
 oculis , ac mente ad solius Romanæ Ecclesiæ utilitatem incum-  
 bebat . Deprehendit fortasse Romam nonnullos clam hostes sub-  
 repisse , ut ira effusus depopulantes illam Calvinii , ac Jansenii  
 labe cospurcarent : alios , ut terribilissimam , quæ unquam ex inferis  
 emerit Deismi contagionem , sive etiam si fieri posset Atheismi  
 stolidissimum venenum inhalarent . Mirum quantâ celeritate , quo  
 domus Dei ardore succensus perniciem illam e Romanis parietibus  
 auerterit , extruserit , extinxerit . Quod si nunquam fa-  
 ris pro dignitate se laudari Tullius dixerit , quia Carilinam Rei-  
 publicæ pestem molientem ejecerit , quanta laus CLEMENTIS  
 vigilantiam manebit , qui in omnium Matre , ac Magistra Ec-  
 clesia serpentes tanto virulentiores , quanto latentiores mira  
 dexteritate oppresserit . Verum levia sunt hæc , & veluti CLE-  
 MENTIS certaminum velitationes ; Majestatem reddidisse judiciis ,  
 judicium ferendis interfuisse sententiis , sanctissimas promulgasse  
 leges , Romanorum Prælatorum vitam ad normam Sacrorum Ca-  
 nonum exegisse , negotiorum omnium summam ad se traxisse ,  
 Parochis Pastoralis curæ institutiones tradidisse , Concionatoribus  
 sacræ eloquentiæ usum , & rationem exposuisse , ipsos etiam  
 pueros Fidei rudimentis informasse , CLEMENTIS otia reputa-

Ezechiel. cap.  
 I.  
 V. Cornelium  
 à Lapid. ibid.  
 & de Bened.  
 in Enig. Apo-  
 calypt. cap. 2.

bantur : ut in quibus summi Viri laborum suorum metam , in  
iis ipse tyrocinium constituerit .

Jam vero qualis Caritas CLEMENTIS animo infederat , cum  
breves horas negotiis vacuas , & somno , ac requiei assignatas ,  
vel infirma valetudine distentus furriperet , & Homiliis impen-  
deret , tantâ sapientia , tanta Sacrorum Bibliorum , tanta Patrum  
cognitione refertis , tanto demum dicendi candore concinnatis , ut  
nostra ætate Leones , Gregorii e Romanis arcibus intonuisse visi  
sint : dignæ sane quæ in omnium linguas & soluta , & nume-  
ris astricta oratione translata , omnium post se traxerint admi-  
rationem . Eat nunc novator Maimburgus , nomine tenuis Catholi-  
cus , & venenato dente Romanos Pontifices carpat , quod sacræ præ-  
dicationis usum prorsus abjecerint , si modo CLEMENS morem  
illum sanctissimum invidenda præteritis seculis facundia revocavit .

Maim.in vita  
S.Gre.

Sed quem e Solio jura dantem , atque e Cathedra docen-  
tem conspeximus , modo e Tribunali judicia ferentem intueamur ;  
nec ex eo quidem , cui gravitas , severitas , militum stipata ma-  
nus , Lictores , Carceres , Viatores , aut alia id genus terricula  
venerationem , majestatemque conciliant ; Sed e suavi illa peni-  
tentiæ Sella , in qua *Novum judicii genus* , ut Patrum quidam  
dixerat , *exercetur* ; & *si reus excusaverit crimen damnatur , ab-  
solvitur si fateatur* : Ex illa , inquam , sublimi Sella in Vaticano  
Templo Orbis miraculo collocata videre mihi videor CLEMEN-  
TEM Pœnitentium turbas certatim ad se confluentium suavissi-  
me excipere , scelerum ceno involutas abluere , & atrocissimis  
fortasse criminibus irretitas suprema clavium potestate absolvere ,  
atque extricare , ut Cœlo multiplicetur lætitia , in quo *gaudium est ,  
vel super uno peccatore penitentiam agente* .

S.Zeno ser. 2.  
de Nooph.

At cujus animum tanta caritas exornaverat , comes quoque  
egregia fortitudo , atque constantia pro suo Grege firmaverat . Ro-  
manâ Urbe horribili terræmotu concussa , ac pene fatiscente ,  
cum ingens mortis metus incessisset omnes , atque e propriis te-  
ctis , ac laribus exturbasset , solus CLEMENS in aperta , & con-  
siderata se conjicit pericula : ad profundiores Sanctorum Petri ,  
& Pauli Sepulchri substructiones convolat , rapitur , ut propriis  
precibus à Sanctis Apostolis terræ impetret stabilitatem , & ca-  
nere cum Psalmista possit : *Terra tremuit , & quievit* . Quæ ma-  
jor hac animi magnitudo esse possit ? Quæ magis considerata  
*periculorum susceptio , quæ stabilior constitutio judicii in iis rebus ,  
quæ formidolose videntur , subeundis , & repellendis* ? Videte , si huic  
Divinæ fortitudini , si tam capitali , atque aperto pro ovibus  
suis à CLEMENTE suscepto periculo Græcorum , aut Romano-  
rum fortitudo comparari possit ? quos in contemptum mortis ,  
aut temeritas , aut titillantes tantum gloriæ stimuli impulere .  
Puderet modo commemorare quanta felicitate , quanta sapientia ,  
quanta magnificentia temporales Ecclesiæ ditiones rexerit , auxerit ,  
exornaverit is , qui difficillimam aliis politices disciplinam ,  
quasi

Cic.de inven-  
tione.  
Et 4. Tuscu-  
lan.



quasi per lufum didiciffe vifus eft; & novas excitare moles, Ædificijs, Fontibus, Obelifcis, Signis, Imaginibus, Navalibus ornare Urbem, Patriam: Populos vero annonę laxitate, munificentia, largitionibus fuffentare in deliciis habuit. Neque enim multum negotii facere temporalium rerum administratio poterat ei, in quem totius Occidentis Patriarchalis cura, & moles onerofa incumbibat.

Occidentem intuetur CLEMENS diro bello vexatum; putidiffimâ feilicet malorum, ut quidam dixerat *Camarina illa, quam commovere facile, compefcere difficillimum eft*: ut compefceret fumma, qua pollebat rerum expediendarum fapientia, quam prudentiam nuncupamus, de remediis confultat, deliberat, Legatorum expeditiones imperat, exequitur: Quod fi non omnia e voto fuccedunt, philofophicum illud mente evolvit effatum: *Præftabilus effe ratione bene instituta infelicem fieri, quam male instituta felicem*. Sed Orientis confpectu multo fortius dolebat, ac vehementiffimè angebatur vere Maximus ille Pontifex, Chriftianam Religionem tantis Apoftolorum, ac Apoftolicorum Virorum fudoribus, doctrina, fanguine, toto quâ latepatet Orbe diffufam, per immanes nunc Afie, atque Africę tractus exulem, ac peregrinam vagari, five etiam sub antris afflictam, & profugam delitefcere, Virginemque illam, quę *Gentium Domina* fuerat, vix nunc Europę, & Americę finibus coarctari; nec inter eos fecuram, & tranquillam degere, fed hęreticorum turbis involvi, & rictibus atrociffime laniari. Quare propagandę Religionis ftudio exardescens, nullis nec laboribus, nec vigiliis pepercit, nullum non lapidem movit; ut fidem quaquâ verſus protenderet, ampliaret; non illum negotiorum afperitas, non falebrę, non periculorum gravitas, non legationum difficultas retardarunt.

Et fanè, vota fecundante Numine, Saxonię Ducem, (quo primum vindice Lutherana hęrefis tam longe, lateque fuerat debacchata) fuis vigiliis, industriâ ad Catholicas partes reduxit: Corcyram Infulam, Turcarum obfidiōne preffam, comparatis undique auxiliariis claffibus liberavit. Hispanorum arma in Mauritaniam excivit, atque immifit. Angliam, ut ei, quo exciderat, Fidei candori reftitueret, plurimum infudavit: profugum illius Regem, quod Catholicis verę Religionis cultor faveret, avito Regno ſpoliatum, eiectum, omnium ope deſtitutum humaniffime excepit, crexit, ac ditiffimo etiam cenſu in tantis ærarii difficultatibus ſuffentavit. Impietatem denique omnem à tergo, à fronte, à lateribus aggreſſus Chriftianorum aliquando Principum Paleſtinę recuperandę, & Sacroſancto JESU CHRISTI Sepulcro ab Infidelium jugo vindicando inferre fęderata ſigna parabat.

Effuſiffimę Caritati pone modum CLEMENS, ardentiffimi amoris, qui in te pro amplianda Fide efferveſcit, cohibe, ac tempera flammās; neque enim licuit Moyſi egregio illi Domini Signifero, ac Duci optatam contingere terram, tantum fines longiſſime adſpexit. Tibi Europę pacem, quam viginti anno-

Gallendus  
Ethics lib. 2.  
cap. 2.

Epicur. apud  
Gallendum  
ibid.

rum

rum curriculo auctoritate ; precibus , consiliis , lacrymis , legationibus procurasti , conciliatam gratulari non dabitur ; tantum eam inter sevisimos turbines scintillare prospicies ; Religioni vero amplissimum campum tuis potissimum apertum laboribus ad triumphos , ad gloriam patere spectabis , metam assequi non permitteretur . Ac veluti Pharaonis impetum aquis extinctum , ejusque insultantes copias Rubro mari demersas virtutis suæ testes Moyses habuit locupletissimos : ira potentissimi Turcarum Tyranni exercitus duplici insigni clade afflictæ , & ad internecionem pene deleri , Italia , & Germania immani illorum impetu liberatæ , lectissimæ quamvis Barbarorum vires ad inciras redactæ , Themisia , & Alba Græca , Orthomani Imperii claustra erepta , & Austriacæ Dominationi adjecta laudum tuarum materiam afferent sempiternam .

Equidem celeberrima ea victoria de prostrato superbo illo Goliath , non minus felicissimi Imperatoris nostri armis , quam egregiæ CLEMENTIS vigilantis est assignanda . Hic enim CAROLUM nostrum Austriacum tuendæ Fidei desiderio inflammatum magis inflammavit , certaque victoriæ spe erexit , ac confirmavit . Hic veluti Moyses pro præliante populo Dei brachia ad Cælum retendit ; Hic denique fufis ardentissimis ad Deum , ejusque Sanctissimam Genitricem precibus tantum triumphum anniversariâ Marianæ Assumptionis die Austriacæ virtuti impetravit ; nec Austriaca magnitudo grati animi significatione defuit CLEMENTI , aut ipsi tantam gloriæ accessionem invidit , ad cujus pedes erepta e manibus hostium signa dejecit . Sed & dies mihi , & vox , & verba deficerent , si singula , quæ pro totius Occidentis Pastoralis administratione incredibili diligentia , ac prudentia præstitit CLEMENS , persequi vellem ; ed festinat oratio , ut quam bene tertiâ coronâ , hoc est OEcumenici Pastoris potestate usus sit , raptim , cursimque perstringam .

*Episcopatus unus est , ajebat Cyprianus , cujus à singulis in solidum pars tenetur . Unus equidem , quem integrum , & solidum quisque Episcopus obtinet , si Ordinis ; partem vero ejus si jurisdictionis spectes potestatem , quæ in unoquoque dispersa est juxta Diœceseon septa , ac cancellos . Integrum undequaque Romanus Pontifex obtinet , à quo uno fonte in omnes jurisdictiones dimanat : sicuti ab uno capite vis omnis in nervos , artus , ac cetera membra diffunditur , Itaque CLEMENS jurisdictione , veluti brachiis Catholicum Orbem complectebatur , mente , & consiliis saluti studebat omnium Populorum . Cunctas Ecclesias incredibili sapientia , diligentia , alacritate , sanctissimis legibus , encyclicis literis , lithurgiis perlustrat , purgat , exornat . Fidem undique telis hostium appetitam , non modo pro virili tuetur ; verum etiam pristino reddit nitore ; cumque humana jura bello turbante miserentur , Regnorumque Christianorum facies miserime deformata esset , non modo nullum Ecclesiæ vulnus inflatum est , sed magnis auctibus res Christiana coaluit .*

CLEM-

S.Cyprian.  
lib. de Uni-  
tat. Eccles. re-  
latus à Grat.  
in Can. Lo-  
quitur l. 14.  
q. 1.  
V. Opus no-  
strum, cui tit.  
Supr. Rom.  
Sedis aucto-  
ritas in Ec-  
clesia propu-  
gnata lib. 1.  
c. 4.

MENTIS fedulitate aperta Romanis Præconibus Rufia , data-  
 que ibi certa Catholico cultui Sedes . CLEMENTIS eximiâ  
 fapientia , epiftolis etiam amoris plenis excitus , ac veluti à diu-  
 tino fomno experrectus Patriarcha Alexandrinus , ejurato fediffi-  
 mo Schifmate , ad Catholicæ Veritatis portum fe fe recepit . Huic  
 fortaffe in memoriam CLEMENS reduxit Sanctorum Alexandri ,  
 ac magni Athanafii Prædecefforum fuorum in Romanam Sedem  
 obfervantiam , venerationemque , ac viciffim Sancti Julii Roma-  
 ni Pontificis in Athanafium , eique fide conjunctos Epifcopos ftu-  
 dium , opem , temperatamque Pontificia auctoritate benevolentiam .  
 Adjecit ad hæc Græcos toties ad concordiam cum Latina Ecclefia ,  
 in Concilio potiffimum Florentino redactos , atque ab ipfo Ale-  
 xandrino Patriarcha proxima tempeffate obedientiæ fœdus initum  
 cum Clemente VIII. , ejufque Succefforibus Romanis Pontificibus ,  
 quibus Chriftus Dominus in univerfam Ecclefiam potefatem , atque  
 confirmandi Præfatos fuos curam demandavit .

V. S. Atha.  
 Apol. part. 2.  
 S. Epiphai.  
 hæc. 7. So-  
 crates hift.  
 & hb. 2. cap.  
 15.

V. Forest.  
 aliofque in  
 Vita Clem.  
 VIII.

Quid dicam de præftantiffima illa CLEMENTIS operâ , qua  
 tot insignia Chriftianæ Religionis monumenta veluti tenebris con-  
 fepulta e Syria non fine ingenti pecuniarum effufione conquifita  
 Romam ufque devexit ? Conferam ne tantum investigandæ veritatis  
 ardorem cum gloriofis illis Pythagoræ , Platonis , Archite Tarentini ,  
 & præ cæteris Apollonii , *sive Magi* , ut vulgus loquitur , *sive Phi-  
 lofophi* , ut Pythagorici tradunt , qui introivit Perfæ , pertransiit Cau-  
 cafum , Albanos , Seythas , Maffagetæ , opulentiffima Indiæ Regna pe-  
 netravit , & ad extremum latiffimo Phifonamne transmiſſo pervenit ad  
 Braehmanos , ut occultas rerum caufas , fcientiafque perdisceret . In-  
 juriam plane CLEMENTI facerem , qui tam diftintas regiones non  
 corpore , non propria fede relicta , non actuoſis pro Romana Ec-  
 cleſia curis intermiſſis , ſed animi , ac mentis curſu , ac laboribus  
 peragravit : nec ut Phyſicas doctriñas , ſive humanas , ut fatias  
 dixeris , nugas exquireret ; ſed ut Sanctiffimam Religionem , San-  
 ctorumque ſapientiam illuſtraret , augetet .

S Hieron;  
 Paulino.

Hæc ex Oriente in Occidentem tranſtulit ille ; ex Occi-  
 dente verò retrogrado veluti curſu tantum ſapientiæ ſuæ lu-  
 men Orienti prætulit , ut innumeras , implexafque Catholicæ  
 Religionis queſtiones enodaret , contentiones extingueret . Au-  
 gebantur in dies in extremis Orientis partibus , quibus Sina-  
 rum imperium continetur , inter duas Cœnobitarum Familias , duo  
 Eccleſiæ propugnacula ob Confufianum ritum diſidia : pro Re-  
 ligionis ardore partium ſtudia intendebantur . Altera ne tot  
 vaſtiſſimi imperii populorum incrementis defraudaretur Religio ,  
 Confuſio maximo Sinarum Sopho , civilem quemdam , ut dice-  
 bant , cultum deferri poſſe putabat ; Altera ne gentili fortaffe  
 labe ex hujusmodi cultu Religio offuſcicaretur pertimeſcens , omni-  
 no interdicens eſſe adlaborabat : gravi exinde contentione  
 ſuborta , eaque inter doctiſſimos Viros glifcente , boni omnes  
 ingenti metu ciebantur , ne in alterutram partem victoria cum

Fidei

Fidei periculo inclinaret. At nihil invium CLEMENTIS sapientie, nihil arduum prudentie fuit. Pandit suprema e Sede oracula, litem dirimit, simulque victoriam utrique parti decernit. Huic, quia causa superior evasit: Illi, quia obsequentissimè paruit. Adjudicata lite triumphat hæc, illa captivans intellectum in obsequium Romanæ Sedis. Atque ita utramque tam egregie de Religione merentem Orbis efferre nunquam desinet; Hanc summis laudibus, illam tribus amplissimæ purpuræ præmiis autam, atque exornatam.

Apocal. c. 9.  
v. 3.

Utinam, & idem pietatis sensus viguisset iis, quorum centum, & unas Propositiones anathemate CLEMENS confixit. Reviviscebat in illis sæpius jugulata Bani, Jansenii, Calvinii ipsius causa; immo emergere exinde videbatur *fumus putei sicut fumus fornacis magnæ, & obscuratus est Sol, & aër de fumo putei Abyssii, & de fumo putei exierunt locustæ in terram*. At erumpenti ex Inferis venenato fumo aditum occlusit Angelus ipse Apocalypseos, qui *in manu habet clavem putei Abyssii*; CLEMENS, inquam, tribus objectis Apostolicis Constitutionibus, quas omnes Orbis Episcopi unanimi consensione susceperunt, Theologi admirati sunt, Academiæ divinis ad Cælum laudibus extulerunt; Ecclesia denique universa venerabunda amplexata est, Augustini illud usurpans: *Tria de hac re rescripta uenerunt, lis finita est, utinam aliquando finiatur & error*.

S. Aug. serm. 2. de verb. Apost. in edic. Lovaniensi.

Sen. de const. Sapien.

Eccles. cap. 7.

Invictissime CLEMENS, jam muneris tui partes sanctissime explevisti, cumque te gessisti, qualem necum Christiana Veritas, sed Stoici ipsi, teste Seneca, Sapientem pronuntiarent, *Inviatum nempe laboribus, & contemptorem voluptatis, & victorem omnium terrorum*. Tu siquidem voluptates omnes, tu maxime etiam gloriæ illecebras lacrymis manantibus contemnisti. Tu pro Romana Ecclesia, pro Occidentis Patriarchali cura, pro toto Catholico Orbe nunquam à molestiis respirasti. Reliquum erat, ut victor omnium terrorum excederes, & *Spiritu magno*, ut ait Filius Sirach, *videres ultima*; infractus mortis ictum exciperes; nec ad tam funestum nuntium concideres animo, sed potius gratias ageres referenti. Purpuratos, sanguine conjunctos, familiares in lacrymas effutos constantissime solareris; cumque in illo mortis, viteque confinio undique oppressa mens esset, animum tamen ad memoriam Fidei, ejus emissa professione, & ad ceteras Theologicas virtutes reservares; denique interrupas, ac morientes voces piis Sacerdotum vocibus accomodans Spiritum Deo reposcenti suavissime redderes. Ah! ne tantus refricetur dolor, ac luctus; neque enim nobis CLEMENTIS jacturâ dolendum, qui triplici relicto in terris Diademate eternam, ut speramus, justitiæ coronam est adeptus in Cælis; unde Ecclesiam suam lætabundus adspectans, ac benedicens Divinæ Voluntati obsequentissimum silentium nobis indicit.

SPECIAL  
P. 11442

XXV

THE CITY CENTER  
LIBRARY

